



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiарvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quæ sit satisfactio falsa. B

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

criminum. Non n. sufficiunt grauiter delinquēti-
bus, quæ sufficiunt minus vel parum peccantibus.

Quæ sit falsa satisfactio.

B

Et sicut sunt digni fructus pœnitentiæ, ac vera
satisfactio: ita & digni fructus, & falsa satisfactio, i.
falsa pœnitentia. Vnde Gregorius. Falsas pœnitē- *Greg. 7. de
tias dicimus, quæ nō secundū auctoritates sancto- pœnit. dis.*
rum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoq; *i.c. Falsas.*
miles, vel negotiator, vel alicui officio deditus,
quod sine peccato exerceri nō possit, si culpis gra-
uioribus irretitus ad pœnitentiā venerit, vel qui
bona alterius iniuste detinet, vel qui odīū in cor-
de gerit: recognoscat se verā pœnitentiā non posse
peragere, nisi negotium relinquat, vel officiū de-
serat, & odium ex corde dimittat, & bona quæ in-
iuste abstulit, restituat. Nec tamen desperet, inte-
rim quicquid boni facere pōt, hortamur ut faciat,
ut Deus cor eius illustret ad pœnitentiā. Cum sit
pœnitentia interior & exterior, de vtraque per
præmissa satis apparet, quæ sit vera, & quæ sit falsa.

De tribus actionibus pœnitentiæ.

C

Prædictis vero ad adiiciendum est, quod tribus
modis agitur pœnitentia: ante baptismum scil. de
prioribus peccatis: post baptismum de grauiorib;
quæ post cōmittuntur. Est etiam pœnitentia ve- *Aug. ho de
nialiū quotidiana: quæ etiā humiliū est, & per- utilitate Gr.*
fectorum. Vnde Aug. Tres sunt actiones pœnitentiæ
quas mecum eruditio vestra recognoscit. Una *necessitate* *in to. 10. Gr.*
est quæ nouum hominē parturit, donec per bap- *li. de medici*
tismum omnium prædictorum ablutio fiat pecca- *na pœnitentiæ,*
torum: quia nullus suæ voluntatis arbiter, nisi *qua est. 50.*
pœnitentiat eum veteris vitæ nouā inchoare pōt, à *Exod. 20. b.*
qua paruuli sunt immunes cum baptizātur, quia *Aðo. 2. f.*
nondum possunt ut libero arbitrio: quibus tamē
ad remissionem originalis peccati prodest eorum
fides, à quibus offeruntur. Altera est actio pœnitentiæ
post baptismum, quæ sit pro illis peccatis, quæ

Ccc 5 legis